

Q. HORĀTĪ FLACCĪ

Ē SERMŌNUM
LIBRŌ PRĪMŌ
SATURA PRĪMA

DĒ ALIUD
CUPIENTIBUS

NICOLAS LAKSHMANAN

ĒDIDIT

*novā significantissimā interpūnctiōne
longīsque ēlīsive vocālibus notātīs
atque abundante adnotātiōne*

LETTRESClassiques.FR

Ē SERMŌNUM Q. HORĀTĪ FLACCĪ LIBRŌ PRĪMŌ

SATURA PRĪMA

Quī¹ fit, Mæcēnās², ut nēmō, quam³ sibi sortem
 seu ratiō dederit seu fors objecerit, illā
 contentus vīvat — laudet dīversa sequentīs?
 4 « Ō fortūnātī mercātōrēs! » gravis annīs
 mīles ait, multō jam frāctus membra⁴ labōre.
 Contrā mercātor, nāvim jactantibus Austrīs⁵ :
 « Mīlitia est potior. Quid enim? Concurritur : hōræ
 8 mōmentō cita mors venit, aut victōria læta! »
 Agricolam laudat jūris lēgumque perītus
 sub gallī cantum, cōsultor⁶ ubi ōstia pulsat.
 Ille, datīs vadibus⁷, quī rūre extractus in urbem est,
 12 *sōlōs fēlicīs vīventīs clāmat in urbe.*
 Cētera dē genere hōc — adeō sunt multa — loquācem
 dēlassāre⁸ valent Fabium⁹. Nē tē morer, audī

1. = *quōmodo*. (Quī est ici adverbial).

2. GĀIUS CILNIUS MÆCĒNĀS (69-8 av. J.-C.) — riche chevalier romain, ami d'Auguste. Il encouragea les lettres et les arts : Virgile, Horace et Properce en particulier.

3. Cette relative est placée avant son « antécédent » *illā*. En outre, *quam* n'est pas pronom, mais adjectif relatif : pour comprendre, considérez ce relatif comme un démonstratif ou un pronom-adjectif de rappel : « *eam [...] sortem* ».

4. Accusatif de relation : « quant aux membres ».

5. AUSTER, - TRIS (*nm*) — vent du sud. [> fr. « austral, Australie... »]

6. Le jurisconsulte en effet rend des consultations — gratuitement — tôt le matin, avant d'aller au forum. (Cf. *Epist.* II, 1, 104).

7. < *vas, vadis*. Le paysan dont il est question vient en ville pour un procès.

8. DĒ-LASSŌ, - ĀS, - ĀRE, - ĀVĪ, - ĀTUM — épuiser (*poét.*) [> fr. « lasser, las, lassitude... »]

9. QUĪNTUS FABIUS MAXIMUS « NARBŌNĒNSIS » — chevalier romain partisan de Pompée. Auteur d'ou-

16 quō rem dēdūcam. Sī quis deus « Ēn ego, *dīcat*,
jam faciam quod vultis : eris tū, quī modo mīles,
mercātor ; tū, cōsultus modo, rūsticus : hinc vōs,
vōs hinc, mūtātīs discēdite partibus... Ēja¹!

20 Quid stātis ? » Nōlint. Atquī licet esse beātīs.
Quid causæ est meritō² quīn illīs Jūppiter ambās
īrātus buccās³ īnflet ? neque sē fore posthāc
tam facilem dīcat — vōtīs ut præbeat aurem !

24 Prætereā, nē sicut quī⁴ jocolāria rīdēns
percurram... quamquam rīdentem dīcere vērūm
quid vetat ? Ut puerīs ōlim dant crustula blandī
doctōrēs, elementa velint ut discere prīma.
Sed tamen āmōtō, quærāmus sēria, lūdō.

28 **I**lle gravem, dūrō, terram quī vertit, arātrō ;
perfidus hic caupō ; mīles ; nautæque per omne
audācēs, mare quī currunt — hāc mente labōrem
sēsē ferre « senēs ut in ōtia tūta recēdant,
32 *aiunt*, cum sibi sint congesta cibāria ». Sicut
parvola — nam exemplō est — magnī formīca labōris
ōre trahit quodcumque potest, atque addit acervō
quem struit, haud īgnāra ac nōn incauta futūrī.
36 Quæ, simul inversum contristat Aquārius annū⁵,
nōn usquam prōrēpit ; et illīs ūtitur ante
quæsītīs, sapiēns — cum tē neque fervidus æstus

vrages stoïciens.

1. Interjection.
2. Fait partie de la subordonnée introduite par *quīn*.
3. BUCCA, - Æ *nf* — bouche, joue. [*> fr.* « bouche, buccal... »).
4. On peut sous-entendre *agat* dans cette relative indéfinie.
5. L'année astronomique « se retourne » au moment de chaque solstice. D'autre part, le soleil, d'après les anciens, entrait dans le Verseau (*Aquārius*) vers le 17 janvier.

dēmoveat lūcrō, neque hiems, ignis, mare, ferrum :
 40 nīl obstet tibi, dum nē sit tē dītior¹ alter.

Quid juvat inmēsum te argentī pondus et aurī
 fūrtim dēfossā timidum dēpōnere terrā ?
 « Quod, sī conminuās, vīlem redigātur ad assem². »
 44 At nī id fit, quid habet pulcrī cōstrūctus acervus ?
 Mīlia³ frūmentī tua trīverit⁴ ārea centum —
 nōn tuus hōc capiet venter plūs ac meus : ut, sī
 rēticulum pānis, vēnālīs⁵ inter, onustō
 48 forte vehās umerō, nihilō plūs accipiās quam
 quī nīl portārit. Vel dīc quid rēferat intrā
 nātūræ finīs vīventī, jūgera centum an
 mille aret ? « At suave est ex magnō tollere acervō. »
 52 Dum ex parvō nōbīs tantundem haurīre relinquiās,
 cūr tua plūs laudēs cumerīs⁶ grānāria nostrīs ?

Ut tibi sī sit opus liquidī nōn amplius urnā
 vel cyathō⁷ et dīcās : « Magnō dē flūmine māllem,
 56 quam ex hōc fonticulō, tantundem sūmere. » Eō fit
 plēnior⁸ ut sīquōs dēlectet cōpia jūstō,
 cum rīpā simul, āvolsōs ferat Aufidus⁹ ācer.
 At quī tantulī eget quantō est opus, is neque līmō
 60 turbātam haurit aquam, neque vītam āmittit in undīs.

1. Comparatif de *dīves*, - *itis*.

2. AS, ASSIS *nm* — as ; monnaie de peu de valeur.

3. *mīlia* [*modiōrum*] *centum* : 100000 boisseaux (1 boisseau = 12,5 litres).

4. < *terō*, - *is*, - *ere*, *trīvī*, *trītum*.

5. Il s'agit ici d'un nom masculin : *vēnālīs*, *is* — jeune esclave.

6. CUMERA, - *Æ nf* — corbeille à céréale (*poét.*).

7. CYATHUS, - *ī nm* [*gr. κύαθος*] — cyathe : coupe, gobelet à puiser le vinc ; mesure d'environ 5 cl.

8. *Plēnior* fait partie de la proposition introduite par *sīquōs* = *sī quōs*.

9. L'Ofanto, fleuve de l'Apulie (auj. les Pouilles) de l'enfance d'Horace, resté pour lui le prototype du fleuve impétueux.

At bona pars hominum dēcepta cupīdine falsō :
 « Nīl satis est, inquit, quia tantī quantum habeās sis. »
 Quid faciās illī? Jubeās miserum esse, libenter
 64 quātenus id facit! Ut quīdam memorātur Athēnīs
 sordidus ac dīves, populī contemnere vōcēs
 sīc solitus : « Populus mē sībilat, at mihi plaudō
 ipse domī, simul ac nummōs contemplor in arcā. »
 68 « Tantalus ā lābrīs sitiēns fugientia captat
 flūmina... » Quid rīdēs? Mūtātō nōmine, dē tē
 fābula narrātur : congestīs undique saccīs¹,
 indormīs inhiāns; et tamquam parcere sacrīs
 72 cōgeris — aut pictīs tamquam gaudēre tabellīs.
 Nescīs, quō valeat nummus, quem præbeat ūsum?
 Pānis emātur, holus, vīnī sextārius², adde
 quīs³ hūmāna sibi doleat nātūra, negātīs.
 76 An vigilāre metū exanimem, noctēsque diēsque
 formīdāre malōs fūrēs, incendia, servōs
 nē tē compīlent fugientēs... hoc juvat? Hōrum
 semper ego optārem pauperrimus esse « bonōrum ».
 80 At sī condoluit, temptātum frīgore, corpus,
 aut alius cāsus lectō tē adflīxit, habēs quī
 adsideat, fōmenta paret, medicum roget — ut tē
 suscitet, ac reddat gnātīs cārīsque propinquīs?
 84 Nōn uxor salvum tē volt⁴, nōn filius; omnēs
 vīcīni ōdērunt, nōtī, pueri atque puellæ.
 Mīrāris, cum tu argentō post omnia pōnās,
 sī nēmō præstet, quem nōn mereāris, amōrem?

1. SACCUS, -ī nm — sac.

2. Le setier (*sextarius*) vaut 54 cl. Un boisseau (*modius*) vaut 16 setiers.

3. = *quibus*.

4. = *vult*.

88 An sī cognātōs, nūllō nātūra labōre
 quōs tibi dat, retinēre velīs servāreque amīcōs,
 infēlīx operam perdās, ut sīquis asellum
 in Campō¹ doceat pārentem currere frēnīs ?

92 Dēnique sit fīnis quærendī; cumque habeās plūs,
 pauperiem metuās minus; et fīnīre labōrem
 incipiās, partō quod avēbās — nē faciās quod
 Ummidius quīdam. Nōn longa est fābula : dīves
 96 ut mētīrētur² nummōs, ita sordidus ut sē
 nōn umquam servō melius vestīret — ad ūsque
 suprēmum tempus, nē sē pēnūria vīctūs
 opprimeret metuēbat. At hunc līberta secūrī
 100 dīvīsit medium, fortissima Tyndaridārum³.

« Quid mi⁴ igitur suādēs ? Ut vīvam Nævius⁵ aut sīc
 ut Nōmentānus ? » Pergis pūgnantia sēcum,
 frontibus adversīs, conpōnere : nōn ego, avārum
 104 cum veto tē, fierī vappam⁶ jubeo ac nebulōnem.
 Est inter Tanain quiddam socerumque Visellī :
 est modus in rēbus; sunt certī dēnique fīnēs,
 quōs ultrā citrāque nequit cōsistere rēctum.

1. = *Campus Mārtius*

2. sous-entendre *modiō* — « mesurer à pleines brassées, à la pelle... »

3. *Tyndarida*, æ — une « Tyndaride », une fille de Tyndare. Clytemnestre, fille de Tyndare, tua son époux, Agamemnon, alors qu'il revenait de Troie, à coups de hache (Cf. par exemple l'*Agamemnon* d'Eschyle).

4. = *mihi*.

5. Avare qui avait été raillé par Lucilius (le fondateur de la satire latine, au II^e siècle). LŪCIUS CASSIUS NŌMENTĀNUS mangea dans ses plaisirs une énorme fortune : sept millions de sesterces.

6. VAPPA, -æ nm — vin, qui ayant fermenté deux fois, a perdu toute saveur ; fig. homme évaporé et sans caractère. NEBULŌ, ŌNIS (< *nebulōsus*) en est un synonyme.

108 **I**llūc, unde¹ abiī, redeō : « quī nēmo, ut avārus,
 sē probet ac potius laudet dīversa sequentīs ?²
 Quodque aliēna capella gerat distentius ūber
 tābēscat, neque sē mājōrī pauperiōrum
 112 turbæ conparet, hunc atque hunc superāre labōret ? »
 Sīc festinantī semper locūplētior obstat,
 ut, cum carceribus missōs rapit ungula currūs,
 īnstat equīs aurīga suōs vincentibus, illum
 116 præteritum temnēns, extrēmōs inter euntem.
 Inde fit ut rārō quī sē vīxisse beātum
 dīcat — et exāctō contentus tempore, vītā
 cēdat, utī convīva satur³ — reperīre queāmus.
 120 Jam satis est. Nē mē Crispīnī⁴ scrīnia lippī⁵
 conpīlāsse⁶ putēs, verbum nōn amplius addam.

1. Voir donc le vers 1.

2. Nous nous permettons, quoiqu'il s'agisse d'interrogatives indirectes, d'utiliser le point d'interrogation, qui nous paraît marquer plus fidèlement le ton de la phrase latine.

3. Fernand Martin écrit « *saturus ». Voir aussi La Fontaine, *Fables*, VIII, 1.

4. PLŌTIUS CRISPĪNUS — philosophe stoïcien et bavard qui se complaisait dans les histoires abracadabrantesques.

5. LIPPUS, -A, -UM — chassieux.

6. = *compilāvisse*.

Le livre I des *Satires* d'Horace paraît en 35 ou 34 avant J.-C., alors que l'alliance entre Octave et Marc-Antoine commence à se fissurer. Pendant qu'il mène campagne en Illyrie, Octave laisse aux commandes de Rome et de l'Italie le richissime Mécène, l'un de ses plus sûrs hommes de confiance. Horace est, quoiqu'il ait été tribun militaire dans le camp républicain, avec son ami Virgile, l'un des poètes qu'il protège et soutient.

Les *Satires* sont en réalité, d'après leur titre original, des *Sermōnēs* — c'est-à-dire, bien qu'écrits en hexamètres dactyliques, des conversations enjouées et légères : le moraliste évoque le quotidien des Romains avec une réjouissante familiarité.

Nous livrons ici la première de ces satires, qui évoque d'une façon extrêmement vive, dans un style aussi mordant que séduisant, l'éternel mécontentement des hommes, qui trouvent que l'herbe est toujours plus verte dans le champ des voisins, à commencer par celui de l'avare.

Notre texte est macronisé et ponctué de la façon la plus suggestive possible, afin d'en rendre la lecture aussi naturelle que possible : le caractère presque sautillant de l'hexamètre d'Horace devrait être sensible, même aux latinistes les moins ferrés en versification.

Les difficultés liées à la langue ou au contexte culturel sont éclairées par une annotation choisie ; les mots absents des *Mots Latins* de Fernand Martin sont donnés, de sorte qu'on pourra se passer du Gaffiot et de ses chausse-trapes.

En particulier, Horace évoque ici de nombreux personnages, le plus souvent pour les railler. Autant que possible nous avons précisé qui ils étaient ; il arrive cependant que ces personnages nous soient par ailleurs complètement inconnus : nous avons alors évité de surcharger le texte d'une note inutile.